



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 125. Societas Misericordiæ a Pontifice confirmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

mortuo, novoque Rege ad solium evensto Sæcul. XV.  
nil antiquius habuit, quam ut pium san- A.C. 1490.  
ctumque consilium exequeretur. Ergo  
relictis pro prospera Regni administra-  
tione monitis oppido necessariis, omni-  
no aulicis curis nuntium misit, nequi-  
dem petito Regis consensu, quem ab eo  
nunquam obtinendum probe neverat.  
Tantum Hungaricæ Nationi reliquit sui  
desiderium, ut pientissimo quisque pa-  
rente se orbatum reputaret: Ipse vero  
post aliquot tempus habitum S. Franci-  
ci suscepit, ac solemni votorum sponsio-  
ne se Deo consecravit, cujus tamen con-  
silia frequenter in publicis Regni ne-  
gotiis exquirebantur. Varadinensis hu-  
jus Episcopi exemplum Joanna Regis  
Lusitani soror imitata, die quarta Maji,  
Ordinis S. Dominici institutum professa  
est, ejusque vitæ historiam Antonius  
Vasconcellus Societatis Jesu Olyssipo-  
nensis Theologus descripsit.

§. CXXV.

Societas Misericordiae a Pontifice  
confirmata.

Hoc item anno Innocentius Papa die Bull. Inno-  
vigesima tertia Augusti, vel secun- VII. tom. I.  
dum Raynaldum, (\*) prima Septembris Condit. 16.  
appro-

(\*) Quo errore abreptus Continuator Ray-  
naldus, Eccles. Tom. XXX. E e n a

Sæcul. XV. approbavit Societatem seu Confraternitatem, quæ nuper Romæ erecta de Misericordia nomen acceperat; instituta est ad pie consolandum noxios ultimo supplicio addictos, curandamque horum corporum sepulturam, ejusque Sodales summus Pontifex multis privilegiis atque indulgentiis auxit.

## §. CXXVI.

*Papa apoplexia tacitus.*

*Onuphr in  
vit. Innoc.  
VIII. sub  
fin.*

Paulo post idem Innocentius Papa, ex apoplexia in lethargum incidit, horisque fere viginti quatuor sine sensu, sine arteriarum motu, ac sine rationis usu immobilis perstittit, cumque fama jam mortis ejus quaquaversum perlata esset, Cardinales de ordinandis circa Successorem convenerant: Ast cum aliunde firma corporis affectione polleret, & nonnulla accederent medicamenta, spiritum resumpfit, non tamen ita convaluit, quin semper deinceps minus aptus esset negotiis.

naldum ad primam Septembris diem hanc approbationem rejecisse afferat, haud capimus; ipse enim ad hunc annum num. 23. disertis verbis inquit: Confirmata hoc anno est ab Innocentio X. Kal. Septembris &c. quis autem ignorat hanc diem esse vigesimam tertiam Augusti.